Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Vel quia rachel iuxta bethleem sepulta est. dicitur
prophetico locutionis modo egisse ea que in loco
eodem agebantur. Rama non est hic nomen loci qui est
iuxta gabaa sed quia rama interpretatur excelsum.
Talis est sensus. Vox in excelso audita est id est lon
ge lateque dispersa. Plorauit autem filios per gentes
rachel et noluit consolari quia non erant. super hoc quod
mortui erant. Rachel in genesi typum pretulit
ecclesie cuius uox et ploratus auditur. Ecclesia autem plorat fi
lios non ideo quia perempto doleret sed quia per ablatis
perimebantur quos primum genitos filios retinere
uoluit. Sed denique se consolari noluit quod dole
bat. Et non erat hi qui mortui putabantur eterni
tatis et perfectum per martyrii gloriam efferebantur.
Consolatio autem rei amisse erat prestanda non augere.
Noluit quod nec potuit consolari quia non sunt id est superio
quod non sint. sed gaudet quia feliciter sunt. Vel aliter.
Ecclesia cottidie plorat sanctorum ablationem de hoc
seculo. sed tamen non uult consolari de hoc quia non sunt id est quia
mortui sunt ita ut qui a se iam mortem uicerint
rursus ad seculi certamina secum tollenda rede
ant

Defuncto autem herode. ecce apparuit
angelus domini in somnis ioseph in egypto dicens.
Surge et accipe puerum et matrem eius et uade
in terram israel defuncti sunt enim qui querebant animam pueri.
Ex hoc loco intelligimus scribas et sacerdotes cum herode
necem domini fuisse meditatos.

Qui consurgens accepit puerum et matrem eius et
uenit in terram israel. Audiens autem quod archelaus
regnaret in iudea pro herode patre suo. ti
muit illuc ire. Et admonitus in somnis secessit in
partes galilee. Audiens ab angelo ioseph. ua
de in terram israel intellexit iudeam uocari terram israel.
Preterea cum uideret et tale puerum non alicubi de
bere habitare nisi ierusalem ubi erat templum et ce
lebratio prophetiarum. Porro autem postquam cepit illic reg
nare archelaum noluit obicere se illi periculo. Sed
preter terram israel etiam sic intelligi. ut in galilea illuc
deputaretur quia et ipsa populus israel incolebat. Du
e autem sunt galilee una uicina tyriis de qua
scriptum est galilee gentium. Alia circa tyberia
dem et stagnum genesareth.

Et ueniens habitauit in ciuitate que uocatur
nazareth. Ut adimpleretur quod dictum est   Lcap c lxvii
per prophetas. nazareus uocabitur. Non diceret pluraliter
per prophetas. si fixum de scripturis posuisset exem
plum. Ergo sensum accepit de scripturis non uerba. Na
zareus enim sanctus interpretatur et dominum omnes scripture
sanctum dicunt. Vel per esayam dicentem. Exiet uirga
de radice iesse. et nazareus de radice eius a
scendet. Pars iudee in qua regnabat ar
chelaus antichristi seuicies ostendit. Porro
nazareth galilee quo dominus transfertur gen
tem que tempore temporis per fidem christum est suscepta
designat. Sciendum est quod anno regni oc
tauiani cesaris augusti. xl ii. qui secundum ro
manorum rex regnauit annis. l vi. et semis

Nota quod duobus annis completis iterum ierunte post nati
uitatem domini. occidit herodes pueros secundum tempus
stelle quod inquisierat a magis. Occidit itaque solum
illos qui fuerant duorum annorum uel infra quod tempus stelle
didicit. Constat quod ipsum tempus occisionis anno uide
licet regni octauiani cesaris. xl v eorum qui uo